

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iesu christi Millesimo Trecentesimo octavo. Regnante domino nostro Karolo secundo *etc.* Regnorum suorum anno vicesimo tercio Mense Novembris vicesimo secundo die eiusdem. septime Indictionis apud Barolum Nos Riccardus de Gactis f. qd. siri Oddonis de gactis, et Lianora mulier vir et uxor Barolitani Cives Coram Franco de Marra Regali Baroli Iudice, Magistro Spina puplico eiusdem terre notario, et testibus subnotatis licteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis, ego quidem mulier a predicto Iudice legaliter inquisita et absoluta in tota huius scripti continencia consensu quoque dicti viri mei presente sciente et audiente discreto viro dompno Bartholomeo abbate Ecclesie Sancte Marie de porta de Barolo sindico actore sive yconomo Monasterii et abbatisse et Monialium Sancte Clare, de Barolo, ad hec specialiter ordinato per eandem dominam abbatissam et conventum Monasterii supradicti, nomine et pro parte abbatisse Monialium et Monasterii predictorum per presens scriptum puplicum voluntarie cum tota debita et consueta iuris observancia fatemur et declaramus quod . . . a ab olim dompna Churacia f. qd. Gervasii de Iohanne Russo Relicta quondam Iudicis Sebastiani Cive Baroli cuius ego predictus Riccardus asserebam me p[roximio]rem] et heredem legitimum, et ratione ipsius proximitatis debere succedere in omnibus bonis suis. sicque inter cetera lis seu controversia et altercacio fuerit inter me ex una parte ac Margaritam f. qd. Iudicis Salomonis de Barolo nunc sororem et Monialem dicti Monasterii Sancte Clare, ex altera. super vineis et vinealibus de terra vacua que fuerunt dicte dompne Churacie cum palmento pila curti et turri sistentibus in eisdem, que vinee palmentum turris pila et curtis sunt in pertinentiis Baroli in cluso monte Regali et inter hos fines videlicet a medio limite iuxta quondam Iohannis Buctalacte iuxta vineam Iohannis de sire Rogerio iuxta vineam Mactiocti